
Fragmentarium



Luke 13

28 estis qui permansistis mecum in tentationi-
bus meis. Et ego dispono uobis: sicut dispo-
suit mihi pater meus regnum: ut edatis et bi-
batis super mensam meam in regno meo: et se-
deatis super thronos: iudicantes duodecim
tribus israel. Ait autem dominus Symoni-
Symon: ecce Sathanas expetiuit uos: ut cri-
braret sicut triticum. Ego autem rogaui p
te: ut non deficiat fides tua. Et tu aliqn co-
uersus: confirma fratres tuos. Qui dixit ei
domine: tecum paratus sum: et in carcerem:
et in mortem ire. Et ille dixit. Dico tibi pe-
tre. non cantabit hodie gallus: donec ter ab
neges nosse me. Et dixit eis. Quando misi
uos sine sacculo et pera: et calciamentis: nu-
quid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt.
Nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet
sacculum tollat similiter et peram. Et qui
non habet uendat tunicam suam: et emat

MS 1431

License: cc-by-nc – Dunedin, Dunedin Public Library, RMM Fragment 32, 2026_DunedinRMM32b_recto – Psalter with Gospel readings (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ot3d/1178/88740)